



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 17. Illustratus locus Horatij ex Odis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

cabat: & pontes tota vrbe plurimi erant ex candido ac polito lapide facti, vt non vrbs, sed, insula amœnissima videretur. Id ita exponit dulcissimus ac suauissimus scriptor Longus principio *πιμενικῶν* his verbis, Πόλις ἐστὶ Λέσβος Μιτυλήνη μεγάλη καὶ καλή. διείληπται γὰρ δέσπης, κατισσρέασις ἢ θαλάσσης, ἢ κηρόσμηθ' ἡφύρασι ξεστῶν ἢ λῶν ἢ λῆθι. νομισθεὶς ἔ πόλιν ὄραϊν ἄλλω νήσον. Eo autem libentiùs ex eo pauca hæc protuli, quòd & confirmant Horatij de nobilissima vrbe testimonium, & Longi liber lectu dignissimus nondum, quod sciam, publicum accepit.

Illustratus locus Horatij ex Odis.

CAPVT XVII.

PERELEGANTI comparatione vsus est Flaccus Ode duodecima libri primi, cum ornare Casarem veller:

*Micat, inquit, inter omnes
Iulium fidus, velut inter ignes
Luna minores.*

In eo autem imitatus est Pindarum: etsi quod hic noster de luna, id Græcus ille in Isthmijs de Lucifero dixerat. *λάμπει ἀσφόδ' ὀσηπὶς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις.* A Luna autem obscurari ceterarum stellarum splendorem, suauissimis versibus dixerat etiam Sappho:

*Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ πάλαν στελάναν
Ἄψ' ἀποκρύπτουσι φαιγόν ἐῖδ' ὄσ',
Ὅσπ' αὖ πῆδ' ὀσηπὶς μέγιστα λάμπη.*

Sed & Quintus Smyrnæus in celebranda Penthesilea eandem comparationem adhibuit:

*Ὡς δ' ὄτ' ἀν' ἕρπονδ' ὄσ' αὖ ἄστροι δ' ἴα στελάνη
Ἐκφύπτει.*

Puto autem huiusmodi locorum collatione, ac contentione

Q 4

Mureti
Lectio
LII
25

tentione inter se, & magis elucere veterum poetarum
præstantiam, & eiusdem gloriæ cupidos, quomodo
eis imitandis versari debeant, admoneri.

Emendatus & illustratus locus quidam Plutarchi.

CAPYT XVIII.

ERVDITIONIS & prudentiæ plenissimus
prior Plutarchus, in commentariolo quo docet
principum virorum amicitiam ac consuetudinem
eruditis hominibus non esse fugiendam, sed expectan-
dam potius, & adhibito studio quarendam: quod
multo plus prosint humano generi, si præceptis, cal-
putationibus, exemplo suo vnum aliquem ex iis qui
principem in ciuitate sua locum obtinent, quam si ces-
sionem quempiam aut baiulum, meliorem ac iustior-
torem effecerint. eo igitur in libro ita scribit: *ἄνθρωπος
ὃς δόξαν ἡγεμονικὴν καὶ δυνάμειν ἐν φιλικῶν καὶ δεινῶν καὶ πλου-
τῶν φάσει πάντα προσόντα μετρίῳ ἴδει.* Quæ verba homo
eruditissimus, quiq̃ labore & industria sua num-
quam desinit adiuuare honestarum artium studia, ita
interpretatus est: *Diuitias autem & principe dignam glo-
riam ac potentiam in amicitiiis neque sectabitur, neque
modicè affluant, auersabitur.* Sed si Plutarchi verba
paulò attentius considerasset, vidisset omnino, verba
illa, *προσόντα μετρίῳ ἴδει*, nullo modo ita reddenda
esse, *si modicè affluant.* Hoc enim ait Plutarchus: ho-
minem verè philosophum in parandis ac conciliandis
amicis, non illum quidem diuitias spectare aut
gloriam ac potentiam, vt vulgus solet: sed tamen si
inciderit in aliquem diuitem ac potentem qui idem
apto ad virtutem ingenio, & modestis, ac compositis
moribus sit, non abstergeri, neque ipsius consuetudi-
nem propterea refugere, quòd diuitiis ac potentia
præferat.